Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift

at ista oratio scorum manifesta. quia nefas est si sacris edibus destitutis inlucru
su... um presul in propria dispendia his deputata convertat. Ipsam nichilominus assceptam
pauperibus portionem. quamquam diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse
uideretur. tamen iuxta quod scriptum est. ut uideant opera uestra bona.
et glorificent patrem uestrum qui in celis est. Oportet autem in testificatione
presentium predicari. et bone fame preconia non taceri. quatenus propter nec clericorum quispiam.
et cetera. ~~Item ex concilio agathensi~~. Omnes presbiteri secundum iussionem episcopi res ecclesie
dispensare studeant.

S. ii. q. vii. Q. ppt.

X

Statuimus quod omnis iubent.
ut ciuitatenses siue diocesiani presbiteri uel clerici saluo iure ecclesie. rem
ecclesie sicut permiserint episcopi teneant. Uendere aut donare penitus non presumant.
quod si fecerint. et facta uenditio non ualebit. et de facultatibus si quas habent
proprias indempnem ecclesiam reddant. et communione priuentur. ~~Item ex eodem~~.

De clericis qui documenta ecclesie supprimunt aut aduersariis tradunt.

Si quis de clericis documenta quibus ecclesie possessio
firmatur aut supprimere aut negare. aut aduersariis fortasse tradere
dampnandi et puniendi obstinatione presumpserit. quicquid per absentiam docu
mentorum dampni ecclesie illatum est de propriis facultatibus reddat. et communione
priuentur. Hii autem qui in dampno ecclesie impie sollicitati a traditoribus aliquid
susceperint. superiori sententia teneantur. ~~Item ex eodem~~. presumant.

Diaconi uel presbiteri Qui in clero constituti sunt de rebus ecclesie alienare non
in parrochia constituti. de rebus ecclesie sibi creditis nichil audeant commutare.
uendere. uel donare. quia res sacrate deo esse noscuntur. Similiter et sacerdotes nichil
de rebus ecclesie commisse. ut superius comprehensum est. et alienare presumant.
Quod si fecerint. conuicti in concilio et ab honore depositi. aliud tantum de
suo proprio restituant. quantum inuasisse presumpsisse. uel libros quos sacerdotes uel dia
cones de ecclesia sibi commissa facere uolunt actus ecclesie prosequi iubemus. Quod
si facere contempserint. placuit eos ad proprium reuti seruicium. ~~Item ex eodem~~.

Episcopus non alium quam ecclesiam sibi heredem instituat.

Episcopus qui filios aut nepotes non habens. alium quam ecclesiam relinquit
heredem. siquid de ecclesia non in ecclesie causa aut necessitate presumpsit quod distraxit
aut donauit irritum habeatur. Qui uero filios habens de bonis suis que relinquit ab here
dibus eius indempnitatibus ecclesie consulatur. Item ex eodem.